



CANDIDATO IVRAMEN-  
TUM IMPOSITURA  
Promotore.

Coel. libr. 19.  
cap. 14.

**G**Audium, juxta *Platonem* nihil aliud, quam jucunditatem esse statuitur, quæ de contemplationis aut virtutis cujusdam majestate profluat. Hinc in *lib. de pulchritudine*, cum de cœlesti, id est vera vita differet, ali animum scribit contemplandæ veritatis usu & gaudere. Inde fit, ut apud eundem gaudium mentis alimonia nuncupetur. Tale gaudium, omnino malum esse nequit, etiamsi *Poeta*, dum *mala mentis gaudia* dicit, satius visum sit publica vocabuli notione, quod volebat, explicare; sibi que connexam habet perpetuitatem, contrarii nesciam.

Hoc gaudio pro tempore te quoq; , mi Domine Candidate, gloriari posse, nullus dubitat, dum illud, quod semel tantummodo per totam vitam exoptasti, supplex non difficulter obtinuisti. Rem igitur aggrediamur, & quod superest exequamur, quod priusquã fiat, tuum erit, ut juxta normam statutorum ad sequentia capita tibi prælegenda jurejurando temet adstringas.

*Iuramentum à ministro Academia prælegitur.*

RENUN.